

L E C T O R I .

stuporem usque videntium. Sed
 dona ista inferiora longe sunt il-
 lis, quæ præcipua ducit, pieta-
 tem sine schemate, modestiam sine
 exemplo, & miram morum vitæ-
 que sanctitatem, ad exemplum
 omne comparatam. Et quamvis
 maxime laudari mereatur, nihil
 minus tamen, quam laudari cupit.
 Quod ipsum etiam supra laudem
 est. Ne credas etiam, Lector,
 Nobilissimam illam Virginem ul-
 tro in publicum prodire: non pro-
 dit, sed producitur ab iis qui pu-
 blice interesse censuere, ne tan-
 ta virtus tota domi lateret. Et
 sane quæ hic tibi exhibentur,